

11 traditur. Nam etiam in emptione pretium, & in locatione (cum quib. contractibus emphyteusis maximam habet familiaritatem d. §. adeo 3. Instit. de locat. & conduct.) merces vno nummo constitui potest: dummodo id non donandi, sed vendendi, & locandi animo fiat, l. si quis donationis 38. ff. de contrah. empt. & argum. l. si quis conduxerit 46. ff. locati. vbi Vlpianus respondit, conductionem vno nummo factam, ipso iure nullam esse, ea subiecta ratione: quia hoc donationis instar inducit. Si ergo ex conductione, nummo vno facta non elucefcit mera donatio: sed constat, hanc exiguam mercedem conductionis causa à contrahentibus fuisse appositam: conductionem valere dicendum est. Idem erit iudicium, si de pretio minimo in emptione, & venditione contrahentes, non animo donandi, inter se conuenerint. Quid enim, si quis rem vno saltem nummo dignam tantum vendiderit? Nemo profecto sanus hanc venditionem, donationis causa contractam, adeoque inutilem fuisse dixerit. Proinde & canon emphyteuticus ex placito partium vno definiti nummo poterit. Idque ex eo apparet luculentius: quod etiam canon ex origine proprioque sine huius contractus, quatenus domini utilitatem respicit, ad dominium solummodo recognoscendum requiritur, per notata Andree Gailij lib. 2. obseru. 23. num. 25. Sed dominium per vnus nummi, reive leuissimam praestationem equè, ac per solutionem rei magnae recognosci posse, palam est. Atque ita sentiunt Bald.

QVÆSTO IV. SVMMARIA.

Ex Claro.

- 1 In contractu emphyteutico an requiratur scriptura. Ex Additionibus.
- 1 An scriptura sit de substantia contractus emphyteutici.
- 2 Scriptura ad rei perfectionem regulariter non requiritur.
- 3 Regula adhibenda, donec exceptio probetur.
- 4 Inter contractum emphyteuticum, & inter venditionem, solutionemque magna est similitudo, & familiaritas.
- 5 Omnes contractus iuris gentium solo consensu constant.
- 6 In perpetua rei ecclesiastica emphyteusi scriptura necessario.

ADDITIONES.

a **N**unquid de substantia contractus emphyteutici requiratur a principio scriptura. Quod etiam scriptura sit de substantia siue essentiali forma contractus emphyteutici, præter Clarum nostrum, & ab eo hic laudatos, autumant Schneidev vnius num. 7. Mynsinger. num. 23. & Heigius num. 14. in §. adeo 3. Instit. de locat. & conduct. Corasius num. 8. & 12. Elbertus Leoninus numer. 3. & Scharh. num. 3. 2. ad. l. 1. C. de iure emphyteut. Vigelius lib. 5. iuris controuers. cap. 7. reg. 7. Donel. lib. 9. Comment. de iur. ciu. 13. pag. 44 5. Borcholt. in tract. feud. cap. 3. nu. 7. & part. 1. disput. de iur. emphyt. th. 4. pag. 118. D. Obrecht. disput. 36. th. 80. Octavian. Cacher. decis. Pedemont. 53. num. 1. Crauet. conf. 111. 2. num. 8. Roland. a Valle conf. 87. num. 9. vol. 1. D. Collega Boceri. in Comment. ad l. contractus 23. ff. de reg. iur. cap. 4. num. 77. edit. 2. & class. 2. disput. 4. th. 3. & 20. edit. 2. item in tract. de qualitate, & different. feudor. cap. 1. nu. 14. & seqq. Schickhardus disput. 14. th. 5. sub littera A. & resolut. quæst. 1. Altar. Valascus in tract. de iur. emphyt. quæst. 7. num. 2. Mascard. in tract. de probat. conclus. 602. num. 1. & 2. itemque conclus. 604. num. 4. vol. 2. alijque per eos relati. Verum contrarium, quod videlicet ad solemnitatem, siue perfectionem huius contractus scriptura non sit necessaria, post Doctores hic a Claro in versic. contrariam tamen, & c. relato, defendunt Speculator in tit. de emphyteusi, num. 5. Ant. de Buttio, & Panorm. in cap. potuit 4. extr. de locato. Curt. iun. & Alciat. in l. pactum, quod 17. C. de pact. Lud. Roman. consil. 103. num. 6. Guido Suzar. in tract. de iur. emphyt. num. 4. Franc. Sarmient. lib. 3. selectar. interpret. 2. num. 5. Connan. lib. 7. Commentar. iur. ciu. ca. 12.

in rubr. C. de iur. emphyt. l. in l. 1. nu. 4. C. eod. Connan. lib. 6. Coment. iur. ciu. cap. 12. nu. 6. vers. similiter conductiones, & c. Mynsinger. respons. 66. nu. 6. & respons. 78. num. 11. Valascus in tract. de iur. emphyt. quæst. 1. num. 11. & quæst. 11. num. 19. vers. tu aduerte, & c. Quamquam contrariam sententiam tueri nitatur Dn. Collega Bocerus class. 2. disput. 14. th. 2. edit. 2. 13 Sed etiam non iuuare videntur textus, quos allegat, nempe l. si quis ante 10. §. fin. ff. de acquir. vel amitrend. possess. & d. l. si quis conduxerit 46. ff. locati. idem nec textus in d. l. si quis donationis, 38. vers. toties enim dicimus, & c. ff. de contrahen. empt. ex quibus locis euincitur, quod conductionis, siue emptio, quæ celebratur vno nummo, minime valeat. Ista namque leges eo de casu accipiendæ sunt, quo manifestum est, mercedem, vel pretium vilissimum, nimirum exiguum, non quidem vendendi, vel locandi, sed mero donandi animo inter contrahentes constitutum fuisse. Hoc sane casu venditionem, vel locationem non esse contractam, in propatulo est: Ast in contractu emphyteutico canon, quantumvis exiguus, nunquam donationis causa, sed ob id semper constitutus esse censetur, vt per praestationem illius directum (quod aiunt) dominium recognoscatur. Ex quo fit, vt contractus ille semper subsistat, etiamsi de vilissimi canonis praestatione in eo actus fuerit. Hinc plura referri poterunt, quæ annotauimus ad d. §. adeo 3. Instit. de locat. & conduct. num. 229. & seqq. *Appec.*

- 7 Specialiter notari solent, quæ specialem animaduersionem postulant.
- 8 Consideratio Nouella 7. in princ. §. vlt. vers. Anastasius.
- 9 Generali monumenti appellatione quid contineatur.
- 10 Mens, & sententia l. 1. C. de iure emphyteut.
- 11 In quibus contractibus scriptura plerumque adhiberi soleat.
- 12 Domini Boceri opinio refertur, & consuetur.
- 13 D. H. opinio similiter reicitur.
- 14 Nunquid in distractu, per quem ab emphyteusi constituta receditur, scriptura exigatur.
- 15 Que solemnitas requiritur in contrahendo, requiritur etiam in dissoluendo.
- 16 Consulius est, & tutius, vt in emphyteusi scriptura interueniat.

num. 6. Forcatul. Necyomantia Dialog. 19. num. 9. Kirchou. commun. opin. cent. 2. conclus. 6. Vulteus lib. 1. Infr. iud. Roman. cap. 36. in fin. & in tract. de feud. lib. 1. c. 7. nu. 42. Halckelman. disput. illustr. 11. th. 14. littera B. Giphanius lib. 3. disput. 29. th. 22. & ibidem in suis notis Olemanus num. 25. & nouiter Carolus Kirchbeg. in discursu de feudo ex pacto, & c. cap. 4. nu. 151. & sequentibus alijsque plures. Huiusque pronuntiati multiplex redditur ratio. Nam primo verissima, & tristissima iuris regula est: quod etiam scriptura ad rei substantiam, vel perfectionem necessario non requiritur: sed ad probationem duntaxat eius desideretur, l. contrahitur 4. ff. de pignorib. & hypothec. in l. in re hypothecæ 4. ff. de fide instrument. l. in exercendis 15. C. eod. l. qui ad certum 14. ff. locati d. l. pactum, quod 17. C. de pact. Atqui a et regula, donec aperte demonstraretur exceptio, non recedendum est; vt, post alios, docet Dec. num. 7. & Sturcius nu. 29. in l. 1. ff. de reg. iur. Deinde etiam inter contractum emphyteuticum, & locationem, ac venditionem tanta intercedit affinitas, & similitudo, vt a veteribus dubitandum fuerit, num ille contractus venditioni, an locationi associandus esset, d. §. adeo 3. Instit. de locat. & conduct. Iam vero frustra, & inepte ea de re dubitatum, aut disputatum fuisset, si emphyteusis sine scriptura non perficeretur: cum nemo vnquam dubitauerit, quin locatio, & venditio, solo consensu, sine scriptura perficiantur, tot. tit. Instit. de obligat. ex consens. l. contractus 17. C. de fide instrumentor. Præterea omnes etiam contractus iuris gentium solo constante consensu, non etiam scriptura, dict. tit. Instit. de obligat. ex consens. nisi nominatim inter contrahentes continerit, vt in scripturam contractus redigatur, dict. l. contractus 17. Cod. de fide instrumentor. Emphyteusis autem esse

esse contractum iuris gentium, perspicue ostensum est supra ad 6 quæst. 2. numer. 10. seqq. Denique etiam in contractu emphyteutico, quo perpetua rei Ecclesiastica emphyteusis constituitur specialiter requiritur scriptura. Nouell. 7. in præfat. §. 1. versic. Anastasius autem, & c. Ex quo consequens est, in priuata emphyteusis contractu non exigi necessario scripturam: siquidem id alioqui frustra caueretur specialiter de emphyteusi Ecclesiastica, si generaliter in omni contractu emphyteutico scriptura necessaria esset. Ea etiam quippe specialiter duntaxat caueri, ac notari solent, quæ specialem, & singularem animaduersionem postulant, litem apud 15. §. hoc edictum 26. ff. de iniur. l. 1. §. dixerit aliquis 2. ff. de publican. & vectigal. l. 3. §. 1. vers. nisi forte, ff. naturæ, cap. stabul. & c. Plures huius sententiæ rationes adduximus in dict. §. adeo 3. Instit. de locat. & cond. numer. 54. & seqq.

Ceterum illud ferendum non videtur, quod Clarissimus Dn. Collega Bocerus, in d. tract. de qualit. & differentia feudor. cap. 1. num. 26. circa finem, ad enerationem huius vltimi nostri argumenti, ex d. Nouell. 7. in princ. §. 1. iure vltim. vers. Anastasius petiti, contendit, per gesta monumentorum illic intelligendam esse scripturam publicam: adeoque in emphyteusi civili, siue seculari priuatam solum desiderari scripturam: aut in emphyteusi Ecclesiastica exigi monumentorum gestam, id est, (vt ipse interpretatur) scripturam publicam. Etenim nullo euidenti textu iuris probari poterit, per monumentorum gesta scripturam tantum publicam exaudiendam esse. Nam quod attinet ad textus à D. Bocero allatos, ij non omnes simpliciter loquuntur de monumentorum gestis: sed addunt plerique verborum insinuationis: ex quo apparet, qualia monumenta in dictis locis intelligi debeant, nimirum illa, quæ ad insinuationem donationis summam quingentorum solidorum excedentis, coram magistratu expediendam, requiruntur; hincque publicis actis insinuatæ, & comprehensæ sunt; vt videre est in l. penult. §. vlt. C. de donat. & Nouell. 119. in princ. & locis similibus. Sed & exploratum est, generali etiam monumenti appellatione comprehendendi omne id, quod ad memoriam posteritatis spectat, vt Cicero lib. 5. famil. & passim tradit. Eoque confert l. census, 10. ff. de probationib. vbi Marcellus l. C. ait, monumenta publica potiora esse testibus. Quibus vrbis non obscure indicat, quoque monumenta priuata, Alias enim non addidisset verbum, publica. Ideoque latius confirmat Hugo Donellus in tractat. de fide instrum. cap. 2. pag. 279.

Ad hæc positæ (atamen citra veritatis præiudicium) in prædicta Nouell. 7. per monumentorum gesta intelligendam duntaxat esse scripturam publicam, atque adeo in ecclesiastica emphyteusi requiri publicam scripturam: non tamen in de seque-retur, quod in civili, seu seculari emphyteusi scriptura priuata exigetur. Siquidem in ea nullam plane, siue publicam, siue priuatam scripturam esse necessariam, paulo ante fat firmis rationibus euictum est.

10 Neque etiam hanc sententiam turbat textus in dict. leg. 1. ibi, scriptura interueniente, C. de iur. emphyteut. ex quo Dominus Collega Bocerus, & nonnulli alij colligunt, Zenonem Imperatorem constituisse, vt & ipsemet contractus emphyteuticus, & pactiones ei adiectæ scriptura interueniente fiant. Nam si penitus dictam leg. 1. inspexerimus, longe aliud apparebit. Cum enim Zeno Imperatorem ibi dixisset, emphyteusis esse iustum validumque contractum, & separatam à locatione, & conductione, itemque emptione, & venditione: postmodum subiicit, non quæ eius forma sit, sed quem effectum habeat hic contractus. In quo, inquit, cuncta, quæ inter vtriusque contrahentium partes super omnibus, vel etiam fortuitis casibus, pactionibus scriptura interueniente habitis placuerint, firma illibataque perpetua stabilitate modis omnibus debeant custodiri. Quæ verba non ad formam, sed ad effectum emphyteusis pertinere, nemo non intelligit. Et profecto non potest valere hæc argumentatio: In contractu emphyteutico omnibus modis custodienda sunt, quæ pactionibus scriptura interueniente habitis placuerunt. Ergo scriptura est de substantia contractus emphyteutici. Eadem etenim ratione dicendum foret, valere & hanc argumentationem: In contractu emphyteutico, quæ pactionibus habitis placuerunt, omnibus modis custodiri debent. Ergo pactiones sunt de substantia contractus emphyteutici, contra dictam leg. 1. versic. vt si interdum, Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

& c. C. de iur. emphyteut. Ideo autem scripturæ mentionem 11 fecit Zeno Imperatorem, quia etiam plerumque adhiberi solet scriptura in eiusmodi contractibus, qui ad longinquum tempus respiciunt: ne fides eorum temporis descursu vacillet, ijs mortuis, qui testes adfuerant, argum. dict. leg. contrahitur, 4. ff. de pignorib. & hypoth. Connan. dict. lib. 7. Commentar. iur. ciuil. capitulo 12. numer. 6. Hinc etiam corruit secundum argumentum, à Dn. Bocero in dict. tractat. de qualit. & differ. feud. cap. 1. numer. 21. pro contraria sententia stabienda allatum ex leg. 2. & 3. C. de iur. emphyteut. vbi emphyteuticorum instrumentorum Iustinianus Imperator meminit. Id enim ob dictam modo causam factum esse, indubitatum est: non ideo, quod scriptura sit de substantia emphyteusis, vt fufius docui in dicto §. adeo, tertio numer. 65. & seqq. Institut. de location. & conduct.

12 Præterea etiam Dominus Collega Bocerus dict. capitulo primo, numero 22. versicul. præterea Zeno, & c. ad corroborandam suam opinionem, & insurgendam nostram, ita argumentatur: Quocumque re, seu substantia forma distinguitur emphyteusis à locatione conductione, & emptione venditione: ea res est de substantia emphyteusis. Atqui sola scriptura ita distinguitur emphyteusis à locatione conductione, & emptione venditione. Ergo scriptura est de substantia emphyteusis. Sed minor propositio incoueniens est. Etenim si sola scriptura, seu forma substantia, emphyteusis distingueretur à locatione conductione, itemque emptione venditione: quid quæso differret ab emphyteusi locatio conductionis, itemque emptio venditio, quam in scriptis perfici contrahentes voluerunt? Nempe non amplius dicenda foret emptio, & venditio, quæ scriptura conficitur, sed emphyteusis. Similiter non esset locatio, & conductionis, si eam in scriptis fieri contrahentibus placuisset, sed emphyteusis. Quod quam sit dictu absurdum, apparet ex dict. leg. contractus, 17. C. de fide instrum. & princ. Inst. de empt. & vend.

Postremo non negamus, contractum emphyteuticum per Zenonianam constitutionem à locatione conductione, & emptione venditione distinctum, ac separatam esse, d. §. adeo 3. versic. de talis. Institut. de locat. & conduct. d. l. 1. C. de iur. emphyt. Sed quomodo? An per scripturam? Hoc vero non exprimit Zeno Imp. in d. l. 1. nec etiam Iustinianus in d. §. adeo. cum tamen non leuiter, aut obiter attingendum, sed diligenter & significanter exprimendum fuisset, si ad emphyteusis substantiam scriptura requireretur; atque per scripturam emphyteusis à prædictis contractibus distingueretur.

13 Ex prædictis quoque satisfieri potest argumentis, etiam qui libro 2. variar. resolut. iur. ciu. tractat. 7. part. 2. quæst. 11. nouissime eandem Domini Boceri sententiam defendere conatur, & præter rationem modo refutatam, ex d. l. 1. C. de iur. emphyteut. adductam, etiam aliam subiungit. Quin & ratio (inquit) euidentis suadet, in scripturam redigi contractum emphyteuticum: quod nempe, cum res deur in perpetuum, vel in longissimum tempus, vix sit, vt rei gestæ memoria constare possit sine scriptura. Verum ipse H. proculdubio intelligit, quam infirma hæc sit ratio: Emphyteusis non facile potest probari absque scriptura: Ergo scriptura est de substantia eius. Nam libro 1. variar. resolut. tract. 1. quæst. 22. refutauit similem argumentationem, nimirum hanc: Leges sine scriptura non facile possunt in notitiam hominum venire. Ergo scriptura est de substantia legis.

14 Atque etiam ex hac decisione patet etiam resolutio ad istam quæstionem, qua in dubium vocatur, num in distractu, per quem ab emphyteusi constituta receditur, scriptura sit necessaria? Et eam quidem non minus in distractu, quam contractu emphyteutico desiderari opinantur nonnulli, relati à Cacherano dict. decisio. 53. numero 10. & seqq. hac relatione per 15 moti: Quia etiam solemnitas, quæ requiritur in contrahendo, requiritur quoque in dissoluendo, authent. eontra, C. de repudijs, & ea, quæ requiruntur necessario ad alieuius actus constructionem, exiguntur pariter ad eiusdem destructionem, leg. prout quidque, 80. ff. de solutionibus, leg. nihil tam uaturale, 35. ff. de reg. iur. Bartol. in leg. actor. 9. num. 9. ff. rem ratam haberi. Paul. de Castro in leg. tria prædia. 31. numero 5. ff. de feruit. præd. ruficor. Iason in leg. omnium, 19. num. 9. C. de testament. & consil. 141. numer. 2. volum. 4. At cum ex R supra

supra traditis manifestum sit: contractum emphyteu- ticum nudo consensu ab- que scriptura interuentu perfici: opinio isthac, vt- pote debili, falsoque sus- fulta fundamento, per se sine vlla refutatione cor- ruit, & ex aduerso liqui- distime constat, a contra- ctu emphyteutico nuda conuentione, nulla omni- no interueniente scriptu- ra, recedi posse: Enim- uero illud hic addendum: cum emphyteusis pactis multum varietur; ad pro- bationem eius, quod actu est, vt interueniat scri- ptura, consultius esse, & tutius; vt hic post Clarum nostru inuit D. Vulteius d. lib. 1. Iurisprud. Roman. cap. 46. in fin. & libro 1. de feudis, cap. 7. numer. 42. Harprec.

supra traditis manifestum sit: contractum emphyteu- ticum nudo consensu ab- que scriptura interuentu perfici: opinio isthac, vt- pote debili, falsoque sus- fulta fundamento, per se sine vlla refutatione cor- ruit, & ex aduerso liqui- distime constat, a contra- ctu emphyteutico nuda conuentione, nulla omni- no interueniente scriptu- ra, recedi posse: Enim- uero illud hic addendum: cum emphyteusis pactis multum varietur; ad pro- bationem eius, quod actu est, vt interueniat scri- ptura, consultius esse, & tutius; vt hic post Clarum nostru inuit D. Vulteius d. lib. 1. Iurisprud. Roman. cap. 46. in fin. & libro 1. de feudis, cap. 7. numer. 42. Harprec.

in verbo, Scriptura. & hanc citatos tenet scripturam etiam requiri in dissolu- tione. Item commune di- xi d. collect. mea commu. opin. in verb. emphyt. nu. 16. Et quod modis conce- datur: vide per Iaf. d. l. 1. nu. 6. Giach.

qui in 2. dub. post. plures citatos tenet scripturam etiam requiri in dissolu- tione. Item commune di- xi d. collect. mea commu. opin. in verb. emphyt. nu. 16. Et quod modis conce- datur: vide per Iaf. d. l. 1. nu. 6. Giach.

QVÆSTIO V. SVMMARIA. Ex Claro.

- 1 Vasallus an possit re feudale alteri concedere in Emphyteusm. Ex Additionibus.
2 Concessio in emphyteusm est alienatio.
3 Omnis feudi alienatio prohibita.
4 Feudum improprium in quibus natura feudi proprii sequatur.
5 Cur subinfeudatio sine consensu domini sit licita: no vero datio in emphyteusm.

- 6 Quid obtineat de consuetudine.
7 Cui vasallus res feudales in emphyteusm tradere queat.
8 An concessio emphyteutica teneat, si vasallus rem feudalem ea lege in emphyteusm concedat, vt dominium utile in recipien- tem non transeat.
9 Venditio, qua agit, ne dominium rei ad emptorem transeat, non subsistit.
10 Commoditas fructuum, que ad longum tempus transfertur, pro vera alienatione in materia prohibita habetur.
11 Vtrum bona maioratus in emphyteusm recte concedantur.
12 Resoluto iure datoris, resolu- tur ius acceptoris.
13 Bonorum maioratus in perpetuam emphyteusm facta concessio, an & quatenus valeat.
14 Vtile no vitiat per inutile in separabilibus.

ADDITIONES.

Nunquid vasallus possit rem feudalem concedere alteri in emphyteusm. Feudi in emphyteusm concessionem esse inutilem, nisi dominus consentiat, vltra Clarum nostrum in- fra in §. feudum. q. 33. nu. 3. Doctores communiter statuunt, Gloss. Iacob. de Beluis. Bal. Aluarot. Ioan. Raynald. & alij in c. impe- riales, in princ. de prohib. feudi alienat. per Federic. tit. 55. lib. 2. feudor. hosque referens Curtius Iunior in tract. feud. parr. 4. numer. 91. item Federicus Schneck in §. rursus n. 3. quib. mod. feud. amitt. tit. 5. lib. 1. feudor. Mysinger. cent. 6. obser. 30. nu. 1. Gothofred. Anton. disput. 2. feud. 9. th. 5. lit. F. Eiusque ratio in promptu est: quia t concessio in emphyteusm est alienatio. Nouell. 7. cap. 1. §. alienationis autem, & c. l. f. C. de reb. alienis non alienand. Sed omnis t alie- natio feudi prohibita est, tit. 5. in princ. vers. hortatum itaque, & consilio, & d. tit. 55. in princ. vers. habito ergo consilio lib. 2. feud. Idque non tantum in proprio feudo, sed & improprio pro- cedere verisimile est: propterea quod t feudum improprium in omnibus, & per omnia sequitur naturam feudi proprii, prater- quam in ijs, in quibus feudi proprii natura, vel regulis per in- stituta expressim est derogatu, c. 1. de feudo no habente propr.

QVÆST. V.

Quero nunquid a vasal- lino possit rem feuda-

feud. natur. tit. 48. lib. 2. feud. D. Boerius class. 2. disp. 14. th. 14. edit. 2. Nec refragatur, quod t sicut subinfeudatio sine consensu domini licita est; ita & permessa sit datio in emphyteusm cap. vnic. §. si vero. Qualiter olim poterat feud. alien. tit. 9. lib. 2. & c. 1. §. similiter 2. de lege Corradi, tit. 34. lib. 2. feud. Nam magna subest diuer- sitatis ratio. Siquidem va- sallus no potest, nisi aequali & bona fide, atque eodem plane modo, quo ipse feudum possidet, subinfeudationem fa- cere, d. c. 1. §. similiter, de lege Corradi, & notat, post alios, Cla- rus noster infra in d. §. feudum, q. 32. n. 4. & nouissime H. in tract. feudali, cap. 9. circa finem. Atqui feudum tali modo in emphy- teusm dari nequit. Alias enim non emphyteusis, sed feudum con- cessum putaretur. S. in Commet. ad vsus feud. part. 12. nu. 94. & Curt. Iunior d. par. 4. nu. 91. in fine, vbi ex traditione Fabri in §. adeo Inst. de locat. & cōduct. & Cainaldi in d. c. Imperiales, de adeo Inst. de locat. & cōduct. subdit: quicquid t sit de iure stricto; de generali tamē consuetudine vasallū res feudales in- terdicto; de generali tamē consuetudine vasallū res feudales in- cultas sine licētia domini in emphyteusm tradere no prohiberi. Idē afferit Clar. noster d. §. feudum, q. 33. n. 4. Quinimō t vasallus ēt res cultas feudales proximo agnato, quā alioqui successurus esset, in emphyt. dare absq; cōsensu domini potest, §. si vero de alie-

alienatione feud. tit. 13. lib. 1. F. Federic. Schék. in d. §. rursus n. 5. quib. mod. feud. amitt. tit. 5. lib. 1. Fit etenim eo casu magis re- futatio, quam alienatio, c. 1. post. princ. lib. non est libel us, sed quasi refutatio, de alienat. paterni feud. tit. 39. lib. 2. F. Atque hoc in feudo antiquo locum habet, non in nouo: quia agnati, & collaterales in nouo non succedunt, cap. 1. de success. fratrum, tit. 11. & c. 1. de fratrib. de nouo benefic. inuestitis, tit. 12. lib. 2. F. Descendentibus uero feudum indistincte, siue nouum, siue antiquum fuerit (quia utrobq; succedunt) in emphyteusm dari poterit dict. cap. 1. de alienat. paterni feud. Sonsbec. dict. part. 12. num. 94.

Couarrun. lib. 2. variar. resolut. cap. 16. num. primo. Addi hoc loco poterit quæstio t de bonis maioratus, id est, perpetuo ad familiam pertinentibus an in emphyteusm à posse- ssore concedi possint? Et uerior est sententia existimantium: cum, qui eiusmodi bona maioratus possidet, non nisi quoad uixerit, illa emphyteusm extraneo dare possit. Cum enim ius in illis bonis, morte possessoris dantis tollatur: merito quoque accipientis ius simul extinguatur, per uulgatam regulam, qua tra- ditur: quod t resoluto iure datoris resoluatur etiam ius accep- toris, l. lex uestigali 3. ubi glo. in verb. et annuiffe, ff. de pignori- bus, & hypoth. & l. si quis domum, §. 1. ff. locati, ubi Paul. Castrenf. num. 3. cum similib. Nec etenim is, qui possidet bona maiora- tus, contra preceptum, ac uoluntatem primi disponentis, alijs de familia successoribus præiudicare potest, arg. l. eum, qui 3. ubi Bart. ff. de interd. & re legat. l. unum ex familia 67. §. 1. ff. de legat. 2. Decius conf. 445. num. 23. Gozadin. conf. 75. Pinel. in l. 1. part. 3. num. 65. C. de bon. matern. pag. 356. alijsque ab eo re- lati. Quibus accedit Ludouicus de Molina libro 1. de Hispanor. primogenijs, cap. 21. vbi hanc quæstionem plenius exami- nat.

QVÆSTIO VI. SVMMARIA. Ex Claro.

- 1 Prelatus potest concedere in emphyteusm bona Ecclesie, qua solita sunt in emphyteusm concedi.
2 Et an si concedantur alio modo, quam solita sunt concedi, vitietur in totū concessio: an autē quatenus excessa est forma solita.
3 Et vtrūque ad quam generationem possit res Ecclesie in emphyteusm concedi.
4 Et an possint concedi etiam pro heredibus extraneis.
5 Res Ecclesie, sine legitimis solemnitatibus, in perpetua emphyteusm, etiam bene de Ecclesia merito, concedi nequeunt.
6 Idque procedit, etiam si fundus sterilis secus, si exiguus, vel vltra hominum memoriam incultus fuerit.
7 An rei Ecclesiastica in emphyteusm datio, sine debitis solemnitatibus, facta, iure subsistat, si ea cū Ecclesia utilitate sit cōiuncta.
8 Pupillus sine tutoris auctoritate hereditatem quātrannis lucrosam adire nequit.
9 Sensus & explicatio l. non eo minus. 14. C. de procuratorib.
10 Acceptilatio cum pupillo sine auctoritate tutoris facta valet.
11 Mens, & consideratio l. cum hi, quibus 8. §. eam transactionem 6. ff. de transactionib.
12 Si constitutio emphyteusis ob defectum consensus capituli, siue Papæ irrita dicatur, ratihabitione ipsius valida efficitur.
13 Num Pontifex sua ratificatione emphyteuticam concessionem adeo roborare queat, vt emphyteuta inuitus emphyteusm habere cogatur.
14 V usufructuarius, inuito domino, v usufructu relinquere potest.

- 11 Vasallus sine domini voluntate recte feudum refutat.
12 Favorisuo renunciare cui libet permittitur.
13 An, & quatenus prelatus rem Ecclesiasticam, in emphyteusm dari solitam, ad Ecclesiam reuersam, sine legitimis solemnitatibus alicui in emphyteusm dare possit.
14 Emphyteusis prius singulari persone data, postea ciuitati, vel potentiori dari nequit.
15 Civitas, aut Collegium nunquam mori intelligitur.
16 Difficilius his potentiori, quam homini plebeo intenditur.
17 Si emphyteusis solita sit dari vtrūque ad certam generationē, illā in perpetuum alicui prelatus concedere non potest.
18 Vtrum prelatus rem emphyteuticam, ad Ecclesiam reuersam, etiam pro sanguineis suis denuo in emphyteusm dare queat.
19 Redarguitur, & refutat, Panormitanus.
20 Sententia & intellectus c. relatum, 12. §. licet. extr. de testam.
21 Prelatus rerum Ecclesiasticarum v usufructuarius censetur.
22 Consuetudo stricti iuris est: nec de casu ad casum extenditur.
23 Nunquid rei ecclesiastica in emphyteusm concedi solita, concessio non plane consueto modo interposita, omnimodo censetur inutilis, an vero valeat, quatenus fieri potuit.
24 Quatenus vtile per inutile non vitietur.
25 Tot putantur esse concessiones, quot sunt generationes.
26 An vasallus, si feudum, quod possidet, alia lege, quam ipse habet, alij concesserit, illud amittat.
27 Opinio, vltimo loco relata, approbata intelligitur.
28 Enodatio Nouell. 7. c. 3. in fine princ. & c. 7.
29 Limitatio precedentis decisionis.
30 Emphyteusis ecclesiastica in infinitum concedi potest pro omni- bus descendantibus.
31 Legitimis solemnitatibus adhibitis, res Ecclesia in emphyteusm a dari possunt, vt etiam ad extraneos ipsius emphyteut e ha- bere des emphyteusis illa transeat.
32 Consideratio, & intellectus Nouell. 7. c. 3. in principio.

